

+

De

In nomine sanctissimae Trinitatis. Amen.

Nos Fr Marcus Lencowski Diuina providentia Abbas Monij Beatae Mariae de Paradiso. S. Ordinis Cisterciensis Diocesis Posnaniensis. Vniuersis et singulis ad quorum notitiam praesentes litterae nostrae pervenerint significamus. Quod diligenti considerationis trutinam ponderantes quam difficile et arduum onus Abbatialis officij, humeris nostris longe imparibus impositum sit, quamq; multa et diuersa sint, quae sibi pastoralem hanc nostram sollicitudinem vendicent et in varia studia distrahant: Ante omnia zelo deuotionis accensi, et vel praecipue cultum Diuinum toto viri conatu in Conuio nostro Paradisiensi promouere: tum et Carissimis nobis in Christo filiis ac Fratribus Conuentus eiusdem nostri Paradisiensis, tamquam eiusdem Diuini cultus Ministris et continuis operatoribus, qui se ob amorem Christi, eius Diuino seruitio in hoc Monio, relictis omnibus suis in mundo, quae etiam licite habere aut sperare poterant, sponte per solennem professionem manciparunt; de videtu et amictu, circa quod possibile est, securitate et opportunitate prospicere volumus. Non quod per hoc intendamus aliquid proprii, vel illis tribuere vel nobis retinere; quam proprietatis pestiferam cogitationem procul a nobis, per Dei gratiam, abesse et protestamur, et eam longius semper a nobis remouendam Diuinae bonitati supplicamus. In illud potius tota mentis nostra intentio fertur, ut multiplicia onera, quae officio nostro Pastoralis incumbunt cum aliis Monij nostri Fratribus, quasi in partem sollicitudinis vocatis, partiamur. Utque Fratres nostri Conuentuales, sine ullis impedimentis, ac sine querelis Diuino seruitio eo sedulius et securius insistere et vacare queant: quo promptius et certius ea, quae ad tuendam hanc mortalem vitam necessaria sunt, se habituros sperauerint; omnisq; eis prosciendatur occasio aliunde proprio studio seu industria eiusmodi quippiam conquirendi. Denique ut euitentur infinita molestiae et procrastinationes, quas plerumq; praebere scimus a familiaribus secularibus, dum de manibus illorum spectantia ad cultum Diuinum, vel victum Fratrum, quae moram nullam patiuntur a Fratribus requiruntur. Quapropter habito prius Adm Ludi in Christo Prus ac D. Adami Trebnic Abbatis Oliven et in Prouinciis Regni Poloniae Ordinis Cisterciensis Commissarii Generalis, aliorumq; seniorum domus nostrae Fratrum maturo consilio, bona infra posita cum fructibus eorum vniuersi Conuentus nostri videtu et amictu illorum, ac aliis oneribus infra specificatis subportandi, in perpetuum personam tradidimus, assignauimus et commisitimus; quorum administrationem vnus e Fratribus a nobis et successoribus nostris eligendus habeat, fructusq; in usus Fratrum et conuentus secundum voluntatem et iussuriam nostram cum vinculo reddenda vobis, quotiescumq; nobis in Domino videbitur



conuertet. In primis itaq; presentibus literis hisce nris concedimus et consignamus Conuentui nro prædium Schindelmühle cum pago Alten Hoff siue antiqua Curia, hortulanisq; ex Kalawa ad idem prædium pertinentibus. Item Molendinum ibidem, et infra cum molendino altero dicto Hamermühle cum molitionibus subditorum, ex Kalawa, Wjssanow, antiqua Curia et Kocisow. Item assignamus pagum Wjssanow, cum prædio, et cum taberna, cum stagno pratorq; circa puteum Regium. Concedimus etiam prædium penes Conuentum situm, cum hortulanis et agris ac omnibus pertinentiis, quæ ad illud antiquitus spectarunt; cum omnibus ædificiis ac structuris, et cum omni supellectile domestica, agraria, seu alia quauis. Cum omnibus armentis, pecoribus ac pecudibus, cum Ouis seu Ouilibus, in eisdem prædiis superscriptis existentibus. Item cum frugibus ac frumentis hoc anno collectis ibidem in horreis consistentibus, cum agris, pratis, hortis, pasuis, paludibus, riuis, fluuiis, et aquarum quibusuis decursibus. Cum in seminatione Hyemali iam facta et adhuc facienda, cum scultetis, tabernis, et tabernatoribus, (saluis tamen iuribus ipsorum tabernatorum) subditis, colonis, hortulanis, artificibus, inquilinis. Cum omnibus censibus, præstationibus, laboribus, subuedtionibus ab illis ab antiquo prouenientibus, et cum omni iure, quod in dictis bonis ac subditis, vel ratione caducitatis, vel ratione diuisionis hereditariae familiaris contingere posset, cum proprietate et usu fructu, ac reali possessione, et generaliter cum omnibus fructibus, utilitatibus, commodis et emolumentis, abinentiis et pertinentiis uniuersis. Nullis penitus exceptis. Syluis caducis in bonis Monij nri, moderate tamen, et in locis non interdictis, pro focus et ædificiis, in dictis prædiis, eisdem Fribus nris Conuentualibus ac pro Conuentu ipso, Pistrino Braxatorio quæ illa sibi extruxerint liberam concedimus facultatem. Pro tribus Monasterij piscatoribus, ratione præstandæ per illos piscationis certas particulas agrorum perpetuo iure assignabimus. Siper ex Landtsberck hætenus annuatim habitum eidem conuentui perpetuo exigendum, ac pro usu suo conuertendum permittimus. Vitulos ac uerueces, anseres, gallos, oua, quæ hætenus de uoluntate ac scitu nro a subditis nris, hortulanis ac inquilinis Monij exegerunt, exigent perpetuo in singulos annos. Item Apiarium ad Molendinum Schindelmühle, existens, et aluearia in Sylua Kocisowien- si ijdem Fribus possidebant et uti fruentur. Aquis insuper omnibus seu lacubus, quos hætenus possederunt, in posterum libere et quiete uti fruentur et in eis piscabuntur, absq; ullo nro aut nrorum superiorum impedimento. Consendi panes in pistrino nro Abbatiali similiter coquendi cereuisiam in Braxatorio nro quoad sua non extruxerint opera seruitori nrorum. Idem concedimus liberam facultatem. Qui quidem fructus et redditus ex bonis superscriptis generatim in singulos annos prouenientes, licet præcisè determinari et certo statui non possint,